Dulwich Society

The following document is part of a Dulwich Society project to digitise, transcribe and translate the Dulwich Manorial Court Rolls. They begin in 1333 and continue, with some breaks, to 1908.

For more details of the original court rolls and other documents please go to https://www.dulwichsociety.com/courtrolls/

Text in **red**, apart from modern notes by the transcriber, indicates text missing from, or entirely illegible in, the original Roll.
Text in various shades of grey indicates text which, in the original Roll, is to a greater or lesser extent difficult to decipher.
Text in **green** indicates letters missed out of the original text, usually in commonly found abbreviations.
Otherwise, all contemporaneous text is in **black**, except for presumed later additions which are indicated in **brown** or **blue**.

Roll C6 (recto) *20 Jan 1438*

*C.6*

X . 16 .

cc- Delewych -------- Visus Franciplegii cum Curia tenta ibidem die Lune in Festo Sanctorum Fabiani & Sebastiani Anno regni Regis Henrici Sexti post Conquestum Sextodecimo.

cc-Capitalesplegii ----------
cc-Finis certis iiij.s -----------

cc-Thomas Lane --------
cc-Willelmus Dokkynge } Capitales plegii ibidem Jurati presentant super sacramentum suum quo[d] dant domino de communi fine iiij s quos solverunt in Curia &c

cc-Inquisitio homagii ----------
cc-defalta Visus ---------------
cc-misericordie ij.s.----------

cc-Simon Dokkyng Rogerus Godesone Thomas Lane Johannes Carter Elisius Kinglolle Ricardus Brewetone Rogerus Underwode Thomas Wakefelde Ricardus Depham Ricardus Wyther Walterus Knyghte Rogerus Turnour & Willelmus Dokkyng Jurati presentant super sacramentum suum quo[d] Johannes Wynter (iij.d) Ricardus Bakere (iij.d) Thomas Debulle (iij.d) Johannes Denwey (iij.d) Johannes Gonelde (iij.d) Thomas Colyne (iij.d) Tenentius terris nuper Cloptons (iij.d) & Rogerus Underwode (iij.d) qui debent secta hinc Curie faciunt defaltam Ideo &c

cc-Rumppeny x.d -----------
cc-misericordie x.d -----------

cc-Item presentant quod Johannes Colkok (j.d) Johannes Carter (j.d) Johannes Houchon (j.d) Willelmus Dokkyng (j.d) Thomas Wakefelde (j.d) Simon Dokkyng (j.d) Willelmus Haukyne (j.d) Ricardus atte Hylle (j.d) Johannes Brewtone (j.d) & Thomas Lane (j.d) sunt residentes & habentes averia ad valenciam xxx[ta] denariorum pro quibus quilibet eorum dabit domino ex antiqua consuetudinem de certo .j.d. vocato le Rumppeny Ideo &c

cc-Fossatum opstupatum--------
cc-misericordia vj.d ---------
cc-Consulendum est cum domino-

cc-Item presentant quod Thomas Debulle (vj.d) habet unum Fossatum obstupatum in le Hamme longitudine ij perticatas Ideo &c Et quod dominus huius Manerij habet unum fossatum opstupatum in Crekestret erga terram vocatam Myllewardeslondes longitudine xx[ti] perticatas Ideo cons[*sic*] consulendum est cum domino &c

cc-Tastator servisie----------
cc-misericordie xiiijd---------

cc-Johannes Colkok tastator servisie ibidem juratus presentat super sacramentum suum quod Johannes Brewtone (ij.d) Rogerus Underwode (ij.d) Thomas Wakefelde (ij.d) Thomas Carter (ij.d) Simon Dokkyng (ij.d) Willelmus Dokkyng (ij.d) & Johannes Longe (ij.d) sunt communes regratores servisie & fregerunt assisam Ideo &c

cc-transgressionis in communia
cc-misericordia ij s

Item presentant quod Johannes Hendefote (ij.s) cum CC bidentibus superoneravit communiam domini & tenencium suorum Ideo ipse in misericordia

cc-misericordie x d ----------

cc-Thomas Gryme Wodewarde ibidem juratus presentat super sacramentum suum quod Simon Dokkyng (ijd.) Thomas Wakefelde (ijd.) Willelmus Dokkyng (ijd.) Thomas Carter (ijd.) & Johannes Colkoke (ijd.) foderunt turvas in solo domini sine licencia domini Ideo &c

## Modo de parva Curia

cc- Essonia ---------------- cc-Nullus ad hunc diem

| | |
|---|---|
| Maris<br>Wither | pro vij acris<br>redditus annualis ij$^s$ iiij$^d$<br>Finis --------------vj$^s$ viij$^d$ |

cc-Finis vj$^s$ viij$^d$--------------
cc-fidelitas ----------------

cc-Ad istam Curiam venit Johannes Aleyne in propria persona sua & sursum reddidit in manus domini vij acras terre iacentes in Frenchefelde nuper Ricardi Aleyne ad opus Walteri Marys & Ricardi Wyther [Habendum &] Tenendum eisdem Waltero & Ricardo & eorum heredibus ac assignatibus secundum consuetudinem manerij ad voluntatem domini per redditum & servicia inde domino Debita & de Jure consueta Et dant domino de fine pro Ingressu habendo prout patet in capite Et fecerunt domino fidelitatem Et admissi sunt inde tenentes

cc-Finis xvj.d --------------

cc-fidelitas ------------------

cc-Ad eandem Curiam venerunt Johannes Balle & Johanna uxor eius per manum ballivi & sursum reddiderunt in manus domini ij acras terre particulariter iacentes unde <u>una acra</u> iacet in le Hamme & <u>alia acra</u> iacet in le Hayteneacres ad opus Willelmi Fayrehere & Juliane uxoris eius Tenendum eisdem Willelmo ∧ & Juliane & eorum heredibus secundum consuetudinem manerij ad voluntatem domini per redditum & servicia inde domino debita & de Jure consueta Et dant domino de fine pro Ingressu habendo prout patet in Capite Et fecerunt domino fidelitatem Et admissi sunt inde tenentes &c

cc-Inquisitio ex officio

Dictum mesuagium & terras cum pertinenciis remanent domino declaro forisfacto ut patet in Rotulis Curie de Anno xjo Regis Henrici quarti videlicet eciam plurales de ista materia in Rotuli de Anno vijo Regis Henrici sexti

cc-Juratores suprascripta presentant super sacramentum suum quod Willelmus Wedone qui de domino tenuit per virgam de domino huius Manerij unum Mesuagium & xiij acras terre cum pertinencijs in Delewyche unde vj acris quondam fuerunt Willelmi Mellewardes ij acris quondam fuerunt Johannis Short cum pertinencijs in lez Pyhelle & v acris quondam fuerunt Willelmi atte Crouche diem suum clausit extremum post cuius mortem nihil accidit domino de herietto quia nullum habuit in bonis Et quod Agnes uxor Thome Lacche est filia & heres propinquiora dicti Willelmi & plene etatis Super quo venit predicta Agnes & petit se admitti ad Mesuagium & terras predictas &c

Affuratores cc-Thomas Wakefelde, cc-Johannes Brewtone — Jurati Summa huius Visus cum Curia [blank]

plus de Curia suprascripta in dorso

[End of C6 (recto). C6 (verso) continues below.]

Roll C6 (verso) *20 Jan 1438 (continued)*

C 6 v

cc----Adhuc de Curia infrascripta

| | |
|---|---|
| Finis j capo<br><br>Fidelitas | Ad Curiam istam venit Willelmus Dockyng & cepit de domino unum solum sive campum continentem per estimacionem vj acris terre vocate Spyndylmanfielde Habendum & tenendum sibi ad terminum xl annorum proxima sequencia ad voluntatem domini secundum consuetudinem Manerij absque vasto aliquo modo in eodem faciendo Reddendo inde per annum v. s. ad terminos usuales ac j precaria & secta Curie pro omnibus alijs serviciis Et dat de fine pro ingressu habendo j Caponem Et fecit domino fidelitatem & admissus est |
| Loquela ad proximam | Loquela ad huc tangens Thomam Stowelle & Johannem Colkok pro quadam sursumreddicionem facta in manus domini per Margeriam nuper uxorem Ricardi Loxele de quodam tenementum & xvij acris terre cum pertinenciis vocate Morkynes stat in statu quo prius usque ad proximam ex concensu parcium predictorum quousque &c |

[(Missing : ) Afferatores]

[End of Roll C6.]